Quelle:
Copyright:

Cod. XVI.

membran. Fol. Soc. 14.

Postilla Nicolai de Lyra in Prov. Eccl. cant. cl.

Comprehendit Nicolai de Lyra Postillam, seu Comentarium in Proverbia Salom. Ecclesiasten, cantica canticor. in Prophetias Jes. Jeremia. Thren. Daniel. Ezechiel. et XII minores Prophetas. Contuli eam cum editione nostra Joan. Syber (a) sine loco et año eique adeo consentaneam inveni, ut ipsa templi Altarisque Structura delineationes in Prophetia Ezechielis a Sybero exhibita, in codice nostro aut exprimatur, aut Spatium pro iis relinquatur.

(a) A 2. 14. – 17.

Albert. Fabricius Bibl. lat. med. et inf. at. T. 6. p. 115. ait, Postillam a Lyrano ao 1292. coeptam, et 1330 finitam esse. Unde hoc habeat, non fatetur; certe non ex Baluzio, ibidem inducto, qui Papar. Avenion. T. 1. p. 808. licet humilem adferat Lyrani confessionem, de hoc silet. Codex noster ad calcem Postilla in Ezechielem hoc exhibet Subscriptum:

" Explicit Postilla super Ezechiele. edita a Fra.
" tre N. de Lyra t per ipsum completa cum
" Dei adiutorio. Anno Domini millesimo CCC.mo
" XXXV. In vigilia sanctissime trinitatis. Deo
" gracias " ~ ~ ~ ~

Istud aut Fabricium erroris arguit, aut ætatem codicis nostri definit.

N.B. Octo priora in fronte hujus codicis folia ad calcem Sequentis XVII. pertinent, probabiliter inscitia Bibliopegi hic inserta.

Nicolaus de Lyra Normanus Lyra in diaces. Eboracensi a parentibus judaeis natus, fidem Christianam et institutum S. Francisci amplexus, Magister Theologia Parisiis creatus, ibidem S. Scriptura per plures años explanatos, eam duplici comentario litterali et morali instruxit, doctor planus et utilis dicta. Obiisse fertur ao 1340.

Excol. inter. Zeichnungen Tempel